

Io. Lucidi Catanei. v. iu. doctoris archidia  
coni ac Cōfiliarii Marchionalis Mātuani &  
oratoris ad Alexādrū. vi. Pont. Max. Oratio



Odierno dīe humeris meis honus illud im-  
positū uideo Alexander summe ac meritissi-  
me pontifex; cui nō modo meū; uerū etiam  
uberrima priscorum ingenia uix respōdere  
possent; presertim cum apud sanctitatē tuā in tam flo-  
renti splēdidiſſi noq; confessu sim uerba facturus. De-  
cet enim ut qui arduis de rebus in cōsummatorū hoīm  
presentia dicturi sunt: ipsi quidē quoq; uel ob p̄mptū  
dīnem ingenii; uel ob eloquentiæ lacteam & copiosam  
uim ppter ea delecti habeant: & reuera sint maximī. Et  
si pleriq; (sacro semper ordīne circūscripto) grādīa ut in  
quit Hieronimus uerba trutinātes censorio Aristarchi  
obelisco errores acrius fortassis & acutius iudicēt q; dī  
cernant: quo fit ut etiam qui dexterrime & condigno le-  
pore orandī munus obierint: expectatione tamē audito-  
rum ancipitiq; euentu actionis titubantes fere in ordī-  
enda oratione turbent: ac pertimescant: quod summis  
oratoribus & Philosophis usu aliquando euenisce com-  
pertum est. Nam Theophrastus in Senatu Atheniensi  
sermonem habiturus obmutuit. L. Crassus paternam  
ulturus iniuriā nec uerbum quidē emittere potuit. De-  
mostheni apud Philípum Alexandri patré idem conti-  
git. Cicero aut̄ pro Milone causam dicturus ita expa-

uit ut magis insipide nunq̄ orauit. Hæc igit̄ mecum re  
petens q̄ ueris disertissimis interdū eueneret; quid animi  
esse mihi censes. Cum tam paruo nauigio amplum &  
horrendum mare ingredi; nisi obtemperandi necessitas  
quæ apud omnes meritam afferre debet excusationem:  
Et excellens tua benignitas ac peculiaris mansuetudo;  
quam nuperrime in urbe Roma coram ipse de te exper-  
tus sum me reficerent & adhortarentur; quibus potissi-  
mum Ducibus & adiutricibus uela uentis securus per-  
mittens; prosperos orationi meę successus imprecabor:  
Erit namq; deo immortalí annuente sermonis origo q;  
illusterrimus Princeps Marchio Mantuañ. ut est celsi-  
tudinis summorum Pontificum: & sacri Senatus apo-  
stolicí ac Romane ecclesiæ obseruandissimus: ita audi-  
to iucundissimo nuntio: quo intellexit sine certamine  
& incredibili patrum consensu: quibus curæ fuit opti-  
mum antistitem deligere: Ad summum te Pontificat⁹  
fastigium diuinitus tanq; Aaron electum: miranda su-  
pra quā diti possit lätitia affectus est: adeo ut uniuerso  
populo in Rege suo exultante ad nō uulgaria gaudii si-  
gna excitato dies festos egerit: & arbitramur creberri-  
mos ignium splendores: & periucundos campanarum  
omnium nostrarꝝ tinnitus: cæteraque in sui genere clango-  
res & sonitus amoenissimos reddentia: ad finitima  
queq; loca penetrasse. Cæterum tantæ exultationis ra-  
tio habaretur ac ut priuatum mentis sue de te iudicium  
affectum simul & obseruantiam in sanctam sedem apo-

030030038

stolicā testāret: nos tres genib⁹ tuis aduolutos ad te  
uenerān. sanctissimosq; pedes tuos deosculān. inclytus  
Princeps noster dñs. S. fratrem animæ dimidium suæ  
Alexandrum Sanseuerinatem nobilissimum; meq; fide  
lem achatem suum Oratores transmisit. Iussis itaq; ob  
temperantes tribus potissimum rationibus tuæ denun  
ciamus maiestati: amabilem deo Principeim nostrū de  
tuō summo pontificatu mirūnmodum letantem; nos  
ad te misisse. Prima: ut pro uetusto suorum progenito  
rum more & debito recognitioñis beatitudinem tuā re  
center assumptam adorem⁹ ac ueneremur. Proxima de  
inde causa equidem honestissima fuit: ut notū faciam⁹  
neminē aliū hac etate Pont. maximū designari potuīs  
se cui securiusq; et firmi⁹ ouillis dñicí cura crederef. No  
tissima describēda succurret; ut xpianí nominis tutelā  
tuæ pietati spōte currenti: maiorí quo possumus studio  
comendatā reddamus. Te igit̄ celestis aulæ ianitorem;  
eternæ uitæ clauigez; indubitatum Petri successore: dñi  
nři ielu xp̄i uicariū; patre uniuersor̄ fideliū: & ecclie to  
tius mḡm recognoscim⁹. Te sanctoꝝ euāgelioꝝ inter  
pretē: delictoꝝ: errorumq; oīm culpæ & critinū expia  
torē simul & emēdatorē pfitemur. Tibi sup̄mī rerum  
oīm opificis ptas in terris cōcessa est. Te supra morta  
lem conditionē honorib⁹ merito psequunt̄: nō solū re  
ges & prīncipes colla submittētes: uerū etiā Impatores  
Augusti apud quos summa est t̄palis ditionis. Illo. n.  
nomine insignit⁹ es quo te dominus Iesus christus ex  
facundissimo Leonis Pontificis max. sancti dogmate

az

nomínari uoluit ut ineffabilí munere eterní templi edificatione in beatí Petri & successorꝝ soliditate cōsistentem ostéderet. Inquiēs: Beatus es Símon Bariona quia caro & sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus & super hāc petrā edificabo ecclesiā meam: & porte inferi(ut uerbis saluatoris inhæreā) non præualebūt aduersus eam. Sucurrit etiā ueteris testimoniī scriptura: & Gregorii uiri nomine & re in eadē potestate ad Maritiū epistola: qui bus cōprobat sacerdotē tum angelū tum deum ab ipso glorioſiſſimo mundi conditore ſepenumero appellari. Que ſi de his qui tibi ministrat̄: ac uelutī membra capiti inseruiunt: et ſi eos conſtitutos ſuper hoīes et imperia Hieremias ppheta teſtaſ: Si pontificalis hāc dignitas Romæ quo tpe uana religio uigebat: magno in culmine & pretio fuīt: ut antiqui historiaꝝ codices indicant. Multomagis pontifex eminentiſſime tua ptas ab universis fidelibus existimanda eſt: cum nō ficta: ſed uera ac infallibili dei ordinatione tu ſolus ſis qui minifterio incōpinabili: ligādi: & ſoluēdi in terris retines facultatē erratis nostris ſalutē imparteñ. Vnde offert ſe nobis ſe cundæ transmiſſiōis noſtre tam breui ſermone percurſende: ut fateamur ingenue ad hunc te locum humano fastigio anguſtiorē: ad tam iſignia Reip. gubernacla Alexan. Pont. ampliſſime: nō humano ſolum: ſed diuino etiā conſilio uelutī ſaluberrimū ſyodus, pueclum & ſullatum. Sacroq; apostolico ſenatuī qui te delegit: ac

tuæ claritatí quæ demandatum munus subiit plurimū  
se debere constituim⁹. Veruntamē de tuo summo sacer-  
dotio aptius dicere nequoc⁹ : nec idoneo magis auctore  
uti q̄q̄ indelebilis memoriae Callistus Tertius auūcu-  
lus tibi fuit. Cuius uita sic prodiit in lucem ut omnib⁹  
innotescat q̄ maturum sensum ante annos presetulerit.  
Quā acutus & memoriosus disputator in solēni Gim-  
nasio cognitus fuerit: ut breui doctor ciuilis & pontifi-  
ciū iuris factus: ip̄e cæteros palam edocuerit. Quā fidus  
etiam eminensq̄ Regum consiliarius: in dandis etenim  
consiliis fidem ac religionem: In capiendo prudentiam  
summam exhibebat. Quā affabilis in magistratibus &  
rectissimus iudex. Quam deuotus in ecclesia presbyter  
uigilas episcopus. Quā uerus & prouidus Cardinalis.  
Quā catholicus & incorruptus Pontifex maxim⁹: quo  
factum est ut cum ob excellētes animi tui dotes & exi-  
mia in eum obseruantia: quibusdam insignibus titulis:  
Bononiae sacrī te canonibus enixe incubentem deco-  
rasset. Postremo sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem  
creauit. Senatuī apostolico ascripsit & erexit in Cardi-  
nem colūnam quæ erat in montem excelsum pceden-  
te tpe euasura. Tu enim pater beatissime qui pontifices  
mirabili tua animoꝝ scrutatione pudentia & dexterī-  
tate creare cōsueuisti: nunc celebri uirtute tua solerti in  
genio quo supra oēm cæteroꝝ aleam cōsistis: eximiaꝝ  
omnis generis uirtutum dote ad sublime hoc soliū iter  
tibi struxisti. Et licet plurima sint per quæ hōibus adi-

tus parat ad gloriam. Illud est tamen precipuum quo ui  
ri graues alioꝝ cōmoda & salutē procurat. Nam nulla  
re alia propius hoīes ad deum accedere creditur q̄ iuxta  
Ciceronis sententiā salutē īpam hoībus querēdo. Nul  
lum quippe gen⁹ omisisti per hos annos plurimos qui  
bus celeberrimo Cardinalis officio functus es: cui pro  
facultate tua & necessitate nō sis opitulat⁹: & omni stu  
dio prēsto fueris: estus: algoris: inedie: uigiliaꝝ pacien  
tissimus. Adeo ut plures etiā calamitosos: aut iniuria la  
cessitos magno siue humili loco natos: innata benefi  
centia tua & amplissimis meritis ante inductionē Ale  
xandri nomē usurpās reddideris honestatos. Ex aposto  
li quoq; sententia qui caritatē magna laude ceteris animi  
bonis preferendā censuit. Multa īsup prudentissime  
saluberrimis tuis monitis & grauibus consiliis sunt pu  
blice sancita & decreta: hæ te uirtutes ad summū ponti  
ficatum extulere. hæ eternitatis uiam tibi apperuerunt  
nec ad hanc nauiculā Petri regendā quae infelicitè sub  
mergitur delectus nūc es: nisi uir omni ex parte pro  
batissimus dīnoscereris: cum non temporis momento:  
sed octo ferme lustris maiora queq; munera: & legatio  
nes de latere obeundo: sapiēter: pie: grauiter: atq; iustissi  
me circa res apostolicas uersatus sis: nil omittēdo quod  
in his enucleandis foret: uel acriter impugnandum: uel  
prouide statuendum. Sententias etiā graues in preme  
ditato sermone in Gorgiæ Leontini consuetudinem se  
piissimne discutiens: ita ut ex longiori cogitatiōe uenis

se iudic  
cernere  
ma uoc  
eloquie  
bis: lati  
in subi  
rienten  
num p  
dixerim  
clesiae  
dum c  
abus l  
luberr  
rissim  
preco  
cta m  
ncsq; a  
censer  
ma qu  
nie alt  
sangu  
bus ad  
cumul  
monis  
ma nec  
te enut

se iudicareris. Regium profecto ac pulcherrimum erat:  
cernere te semper ingenio præsentem grata ac suauissi-  
ma uocis & oris concinnitate ex Homerí in Nestorem  
eloquio dulcissime tonantem exquisitum & ornatis uer-  
bis: latino siue materno ideo mate nostro resplendetem  
in subiectu copiosum: causasq; omnes memoriter ape-  
rientem. Memoriam enim peropportunum homini bo-  
num præcipua gerendorum exercitatione eximiam (ne  
dixerim) profundam ostendisti. Nam si pro bonis ec-  
clesiae conseruandis & amplificandis quicquā libran-  
dum contingebat ad te ut alterum mītridatē uiginti du-  
abus linguis iura reddentem incessabilī tempore & sa-  
luberrime acurrebat. Propterea cum gestis propriis cla-  
rissim⁹ cluceas: & infinita ac pene diuina bona tua equo  
præconio intonare nequirem: tantum agis quia & si cun-  
cta mei corporis membra in linguis uerterentur: om-  
niscq; artus humana uoce resonaret: ea prout deceret re-  
censere: opis meae non esset. Institui non exarare pluri-  
ma quæ de patria tua bellissima: & insigni de proge-  
nie altaq; nobilitate & prosapia: stemmata: ac lungum  
sanguinis ordinem concernente decantanda forent: qui  
bus adeo incaluiti ut quæ ex illis incrementa hauseris  
cumulationa impendere uolueris. Superest ultimū ser-  
monis membrum explicare: Quod est ut eminentissi-  
ma nectio magnificissima tua dignitas: altiores in-  
te enutriat cogitatus: & sicuti preclara in Cardinalatu

edidisti facinora. Ita in Pontificatu maximo sublimius  
a te quoddam efflagitamus. Eleua ergo mentem ponti-  
fex excelse & preconia tua iam parta correspondenti cer-  
tamíne supera. Solet namq; prouincia Hispániae nobis  
lissima unde tibi origo est ingeniosos uiros atq; in om-  
ni uirtutum colore iucundissimos producere: quib; ar-  
guitur cōfirmata magis & perspicua apparere inditia p  
motione tuā a deo ip̄am celebratam: ut homo Hispan⁹  
excellentioribus naturae donis ornatus monarcha xp̄ia  
næ religionis crearet. Quo adiutorio altissimi & inui-  
ctissimi Reges tui honestissimū bellū aduersus Mau-  
ros grandiū impensa: magnisq; apparatus gloriosissi-  
me perfectum: & de hostibus triumphatum nō minori  
pietati & fortitudine contra reliquos infideles transfe-  
tur. Quia tu eo ualidius & constantius rem sis adiutu-  
rus: quo te preter religiōis nostræ causam quæ tibi præ-  
cipua esse debet: & dulcis amor patriæ ad ip̄am te uehe-  
mentius impellit. Sint ante oculos tot insignes Ciuita-  
tes: Imperia: & regna: a seuisimis fidei nostrę hostibus  
præte superstitionis cultoribus cū inenarrabilē dedecore  
nostro & detrimento occupata. Nam & si plæriq; san-  
ctissimi antecessores tui indesinēter clamauerint imma-  
nissimam Paganorum feritatem ut omnes usitato cōpre-  
hendam uocabulo ad interiora nostra nisi occurreretur  
penetraturā. Callistus tamen siccis nunq; oculis nomi-  
nandus: de tuendo regno christi admodum sollicitus:  
emisso ante apostolatum uoto: indictoq; sibi diuina in-

spiratio  
pria (u  
cos on  
um m  
re uni  
pluri  
domini  
teris in  
uino a  
fusæ a  
res exp  
Nunc  
curlim  
mum  
nere: i  
Quan  
uintia  
sceler  
matre  
si utili  
carnif  
Patria  
data &  
barico  
præser  
lo ut d  
gnissiu

spiratione Callisti noīe tabellis domesticis manu pro-  
pria(ut legitur)annotato:dum ad inferiores ecclesiasti-  
cos ordines gradatim sua probitate deuectus pontifici-  
um munus presagiret:salutaribus monitionibus excita-  
re uniuersam dei plebem tanto adnixus est opere: ut q̄  
plurium Germaniæ & Pannoniæ populorum crucem  
domini pro uexillo gestantium auxiliis & suffragiis ce-  
teris in consulte suis in sedibus quiete manentibus: di-  
uino adiutorio maiores ipsorum copiæ apud Belgradum  
fusæ ac profulgatae fuerint. Eratq; ei mens firmius ui-  
res experiri nisi ipsum immatura mors deprehendisset.  
Nunc autem non ridiculum non superuacaneum esset  
cursim reminisci: imo calamitosum est dicere: miserri-  
mum audire: luctuosissimum intelligere: tremendū cer-  
nere: iamq; animus meminisse horret: luctuq; refugit.  
Quantum interea uires illorum inualuerint: quot pro-  
uinctiæ dirrepte & afflicte iaceant: Christianis nephario  
scelere captiuis trucidatis aut palo transfixis. Fidei uero  
matronæ: uirginum: sexus nulla habita ratio. Religio  
si vilissime ac inhumanissime tetro supplitii genere ex-  
carnificati: memorabilia sanctorum tempa: presertim  
Patriarchales sedes: & reliqua sacraria polluta attrita fœ-  
data & ad nostrā derisionē quocunq; probri signo Bar-  
barico furore maculata. Et si quid ab infidelib; illesum  
præseruari uidetur: id questus tantum non religiōis ze-  
lo ut domini nostri iesu christi sepulchrum ueneratu dī-  
gnissimum;nec contenti tantas nobis clades intulisse.

ingentem & formidandam classem superioribus stru-  
xere dieb9: ad perniciem; extremumq; interitum nostrū  
ut neminem lateat proditorie destinatam. Cæterū cum  
antiqua uulnera; infelicem atrocemq; exitum incendia;  
Cedes & incommoda deplorare non sit futuro prouide-  
re discriminī quod imminet Romanæ ecclesiæ omnium  
fidelium matrī; & beatorum apostolorum Petri & Pau-  
li martirio dedicate. Ideo beatissime pater attolle animos  
& pastoralis officiū in hoc & plerisq; aliis summam &  
celerem exigentibus opem(ut par est)suscipe: ouile sal-  
uatoris pasce: dominicum gregem foue. protege: & om-  
ni conatu christianos príncipes pacíficos continere: ne ex-  
discordia siue iniuria oues christi fideles Barbaris mor-  
sibus passim deuorentur. Pastor enim bonus animam  
suam ponit pro ouibus suis. Te opportune rebus ad-  
modum fessis exhibe. Auunculī tui piissimi uotum &  
propositum(ut teneris) perfice. Manent tibi ingenium  
& prouidentia maxima in cunctis agendis: modo adsit  
studium & industria uoluntas. Non deficiens in tem-  
pore precipui suffragatores. Habes in tua dictione stre-  
num Imperatoris Turchorum fratre Innocentii octa-  
ui Pontificatu. Sed tuo etiam consilio saluberrimo par-  
tam: quod inter præclara ueterum monumenta enumera-  
randum est. Illum si pro Republica christiana tentan-  
dum censueris ocio torpescere non permittas. Memo-  
riam tuam in mea uita & in mortali olio  
olentibus aspergido. estimo hunc meum vobis ambo

rare que  
cellis sup  
populi re  
tisi oper  
bonitate  
sibi ipsis  
mittunt  
mum su  
strante  
In quo  
nibus i  
men ut  
hanc c  
sint fa  
tra fat  
maior  
rissim  
gnis c  
citu de  
bitau  
sedem  
multis  
pote ce  
eidem

rare queso uariis ipsum insidiis exagitari; & naturae pro  
cellis suppositum esse. Vniuersi Principes christiani &  
populi religionis nostrae erunt tibi adiumento incessan-  
ti: si operam te nauare reuera intellexerint: Cui pro tua  
bonitate maxima & uigilantia te minime defuturum  
sibi ipsis non mediocri spe cordibus suis iniecta repro-  
mittunt. Vidisti etiam biennio ab hinc frequentissi-  
mum super hoc Legatorum conuentum: te subminis-  
trante & etiam consulente Romae actum & habitum.  
In quo & si pro excellentissimo domino meo ages om-  
nibus requisitis promptus suo nomine fuerim. Attra-  
men ut lucidissimum nostrae fidei speculum: denuo in  
hanc causam se se ipsum: & suas etiam quantulecunqz  
sint facultates artes: opida: arma: clientelas: & si quid ul-  
tra fata concessere in manu tua deuotissime ponit. Et  
maiora re ipsa quam uerbis se facturum pollicetur. Cla-  
rissimus et enim Marchio noster militari robore insi-  
gnis ceu belli fulmen cum ualido pro uirili parte exer-  
citu delectis copiis in expeditionem se conferre non du-  
bitauit: ne a suo & maiorum in sanctam apostolicam  
sedem in instituto aliqua ex parte declinare uideatur: qui  
multis & amplioribus ab illa beneficiis honestati: ut  
pote centuplum pro simulo maxime reportantes: adeo  
eidem semper deditissimi fuere: ut fluctuantu[m] nauiculae

domi forisq; opem ferre ex debito non cessauerint ur-  
gentissimis rationibus quæ in iure dominandi animos  
auertere potuissent postpositis: nam ex cæteris pontifi-  
ces plurimi ad eos sua benignitate fiducialiter applicates  
perbenigne ac excepti fuere. Leo Tertius ab urbe disce-  
dens Mantuam pfectus ad salutandum preciosissimum  
redemptoris nostri sanguinem in ara crucis effusum iu-  
cundissime suscipit. Et multa cum Carolo magno ad  
quem se contulit tractare tunc non pretermisit. particu-  
la nobilissimi crux singulari reverentia ad ecclesiam  
Lateranensem transmissa. Alexander uero Secundus sua  
dente etiam Heinrico Imperatore tertio: Mantuanum  
solum ut sedi apostolicæ obsequentissimum delegit.  
Vbi consilio inito ex sententiæ solitu: Cadolo Parmen-  
se episcopo pro antipapa se gerente deposito Alexader  
legitimus & uerus Pontifex fuit declaratus. Et Goto-  
fredus uir illustris Mantuae dominus pro eo bis manu  
conseruit Cadoli copias aduersantes loco cedere coges  
& de hostibus opima spolia refrens. Ioannes etiam ui-  
gesinus tertius Ioanem Franciscum Gongagam in co-  
federationes sibi asciuit. Adladislai Regis Vngariae po-  
tentissimi exercitum deturbandum: quo auctore Bo-  
nonia graui bello pressa: cum ingenti hostium formi-  
dine & calamitate liberata extitit. Eoq; tempore Man-  
tuanos lares bis inuisit. Et ibi pro eodem ex Italia de-  
pellendo qui plurima christianitatis ecclesiæ loca occu-  
pauerat; conuentum maxime egregium celebrauit.

Martin  
clesie  
Vbi  
diolan  
mos n  
it:men  
usq; ad  
mus il  
cundu  
tum i  
stian  
uero  
entib  
fueri  
testi  
muni  
me lo  
pro t  
sentí  
anim  
tio d  
men  
cum  
teatu  
facien  
premi  
uener

Martinus quintus pater omnium supremus rebus ecclie compositis ex constantia Mantuam se contulit. Vbi memoradum Philipum Mariam uicecomitem Mediolani Ducem & Pandulphum Malatestam potestissimos non mediocriter dissidentes ad gratiam composuit; memorato Ioanne Francisco antedicto in eadem utri usq; adhibito. Ad haec quoq; exhibet se nobis sanctissimus ille vir religione & scientiae non immerito Pius secundus maximus pontifex; qui Mantuanum conuentum indixit; in quo de communis utilitate communib; christianorum consiliis actum saluberrime fuit. Quatum uero comiter per humane; tute; fideliter religiose affluentibus cunctis ad nature necessitatem Romana curia fuerit suscepta; amplissimum tuæ beatitudinis exigimus testimonium. Nam & si plurimorum qui iucundissimum fere animum nobiscum egere; memoriam q; maxi me longam teneamus. Tu tamen pater sancte nostros; pro tempore principum mentibus ita inhesisti; & praesentis herois nostri magnis & precipuis in nos meritis animo sic insides; ut nominis tui sanctissime recordatio dignissimum bonitatis & paterne dilectionis specimen sibi & populis suis in domino praebeat; quo fit ut cum artioribus uinculis se tibi deuinctum liberrime fateatur. Is cuius iussu ad te perfecti sumus; uerbis finem facientes; iterum Alexander pontifex summe te in supremum antistitem & unicum ecclesiae caput colimus; ueneramur & adoratu prosequimur; ac ut optimo & de

omnibus benemerito et pro opportuno huic sacratissimi  
solí Ducis gubernatori colla submittit. Et cum pro  
coruscantia maiestatis tuae celsitudine; tum pro ueteri in  
te obseruantia quicquid dignitatis virum cordis ut se  
mel finiam habet Franciscus Marchio Mantuae libera  
liter & non minus uere quam pericunde in arbitrio tuae am  
plitudinis reponimus; & promptissime imperpetuum de  
dicamus omne per eum. Amen.

**H**abita Romae coram Alexandro sexto  
Pontifice maximo; & sacro apostolico Se  
natū; Die quinta Nouembri. M. cccc. xcii.  
*Kam 14683*

nō sacratiss.  
Et cum pro  
pro ueteri in  
cordis ut se  
ntuæ libera  
trio tuæ am  
petunim de

sexto onelli  
co Se ona  
xcii. ad huc  
præfata storiæ  
ministris  
cœlum  
ut quodam  
possumus op  
tione dñe  
iū omnia  
illiagibit  
et iū man  
tinentur  
al noster  
pocula  
mutuq  
annuntiu

13.712